



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Fraternitas spiritualis quatuor bona facit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

Glossa . Glossa . Pharaō princeps secularis,  
Hier. 17 umbra ægypti potentia seculi . Hier.

Maledictus homo , qui confidit in ho  
mine , & ponit carnem brachium suū .  
Quarto , in uana carnis pulchritudi-

Eze. 13. ne . Eze. Habens fiduciam in pulchri  
tudine tua , non es recordata dierum  
adolescentiæ tuæ , quando eras nuda  
& confusione plena , conculcata in  
sanguine tuo , & accidet post omnem  
malitiam tuam , ux̄ , ux̄ tibi , ait Domi  
nus Deus , quia dabo te in anima odia  
tum te . Quintum in exteriori , &  
parenti conuersatione . Vnde Job con-

tra huiusmodi genus hominum ait .  
Spes Hypocritæ peribit , non ei place  
bit uerecundia sua , & sicut tela ar  
neatum fiducia eius .

*Fraternitas spiritualis quatuor  
bona facit .*

Pro. 18. **P**rimum est , quia hominem su  
stinet , ne cadat . Prou. 18. Fri  
ter qui adiuuatur à fratre , qua  
si ciuitas firmabitur , &c . Secundum  
est , quia si ceciderit , facilius surget .  
Eccl. 8. Ecclesiasticus . Vx̄ soli , quia si cecide  
rit non habet subleuantem . Tertium  
est , quia facilius impetrat à Deo ,  
quod sibi necessarium est . Difficile

INSTITVTO H<sup>OC</sup> 100

enim est præces multorum non exau-  
diri, & maximè bonorum. Matth. Di-  
cō nobis, quia si duo ex uobis conser-  
ferint super terram, de omni re quā-  
cunq; petierint, fiet illis à patre meo.  
Quartum est, quia Deus in eis habi-  
tat. Vnde Matth. Vbi sunt duo, uel  
tres congregati in nomine meo, ibit  
in medio eorum sum, &c. Propter hoc  
concluēbat David. Ecce quām bo-  
num, & quām iucundum habitare  
fratres in unum.

Mat. 18

Mat. 18

*Fraternitatis bonum perdunt  
quatuor.*

Primum est superbia, superbus  
enim nescit esse frater, sed uult  
esse Dominus semper, uult  
ut melius fiat sibi quām aliis. Secun-  
dum est, peccatum odij . qui enim ha-  
bet odium ad alium, frater est canum  
non hominum . Vnde Ecclesiasticus.  
Quæ communicatio hominis sancti  
ad canem? Et Io. in sua canonica. Qui  
odit fratrem suum homicida est. Ter-  
tium est inuidia. Vnde Gregorius.  
Nam cum inuidia mentem tabefece-  
rit, cuncta quæ inuenerit benè gesta  
cōsumit. Quartū est, detractio; Detrac-  
tor. n. frater serpētiū est, nō hominū.

Ecc. 13

I. Ioā. 3

Grego.

I 4